Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

praua docere tacens pmittit. Talibus itaq; dicit dns
uenio tibi. idē aduentū ire meę. & uindictā te sen
tire faciam. Et pugnabo cum illis in gladio oris mei.
idest actibus eloquiq; meorū sententiis illos dam
nabo. Gladius enim oris di. sermonū illius ualida
preceptā significat. paulo attestante qui ait.
Et gladius spē quod est uerbū di. Qui habet aurē
audiat quid spē dicat ecclesiis. qui utiq; quod
uni illarū dicit. omīs ecclesias audire cupit. Vin
centi propria desideria & demonū temptamenta.
dabo ei manna absconditū. idē me ipsū tribuā illi.
qui sum panis uiuus de celo descendens. qui utiq;
ideo factus sum homo. ut panē angelq; manduca
ret homo. Hunc significabat panem olim illud
manna. quod filiis israhel datum ē in heremo. Qd
si spūaliter manducauerunt sicut moyses. aaron
& iosue. & si mortui sunt corpore. inmortales fu
erunt mente. Qui autem nichil aliud pretē quod
uidebant ibi intelligebant. mortui sunt morte
eterna. De quib; dns dicit iudeis. Patres uri man
ducauerunt manna & mortui sunt. Sic & nunc
qui digne corpus & sanguinē dni accipiunt. uitā
ibi sumēt. qui autē indigne manducant iudicū
sibi manducant & bibunt. Istud autē manna quod
hic pmittit fidelibus. modo in sacramento accipi
unt p fidem. quando q; autē in ueritate p spem
sumēt. et quod nunc manet abscondritū. tunc erit
manifestum. Qui itaq; uicerit dabo illi manna
abscondritū. idest meam post finitos huius uitę